

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. II. Sacmentum Confirmationis institutum fuit Christo quoad materiam & formam in nocte ultimæ Cœnæ, quoad ministrum Joannis 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

424 Disputatio 3. De Confirmatione.

Act. 1. v. 8.

Et ideo Apostolis, absque dubio spiritualiter regeneratis, imo & communione Eucharistiae refectis dictum est à Christo

Act. 1. v. 8. Accipietis virtutem superuentis Spiritus Sancti in vos, utique ad fidem publicam confessionem, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

Imò morali necessitate suscipiendo hoc Sacramentum,

16.

Cujus descrip. signatur à Scoto,

Si Apostolis præter gratiam Baptismi & Eucharistiae, erat necessaria specialis gratia Spiritus sancti ad fortificare Christi fidem propagandam, & propagandam; quanto magis cæteris Christianis, tantò imbecillioribus in confessione fidei, quanto imperfectoribus in amore?

Ita ergo se habet de Confirmatione definita sententia voluntatis Dei, communii Patrum consensu recepta, & perpetuo usu Ecclesiæ confirmata, contra quam disputatione insolentissimæ infanæ est.

Definitur autem seu potius describitur hoc Sacramentum ex Doctore Subtili 4. dist. 7. q. 1. n. 1. *Vñctio hominis viatoris aliqualiter consentientis, vel libero arbitrio numquā usi, facta in fronte in figura crucis cum Chrismate sanctificato, & hoc a ministro idoneo, simul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente, significans efficaciter ex institutione divinaunctionem animæ per gratiam regorantem ad confitendum cum constantia fidem Christi.*

Cujus descriptionis singulas partes antequam cum Scoto aggrediar explicare, quaro tempus institutionis. Quaro, inquam, & vix invenio: interim, salvo meiori, dico

CONCLUSIO II.

Sacramentum Confirmationis institutum fuit à Christo quoad materiam & formam in nocte ultimæ Cœnæ, quo ad ministrum Joannis 20.

17.
Item institutio
tempus, &
modus,

D E tempore & modo institutionis hujus Sacramenti, sic loquitur Doctor Subtilis supra n. 3. *Supponitur institutum esse à Deo, licet tempus, & modus huius institutionis in Scriptura non legatur: foris quia histriographi Scripturam usque ad tempus illud non produxerunt: non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum, nec etiam usque ad plures annos ante mortem eorum: toto autem tempore Apostolorum foris manebit dominum linguarum in Sacramento Confirmationis.*

Ubi quando audis, foris, cogita Doctorem nihil determinatè & absolute alterare, sed proponere se doctribus examinandum.

Addit: Nec est improbatum multa esse tradita anterioriutate à Christo Ecclesia per Apostolum, que tamen in Scriptura non legimus, ut dicit *Quædam* Damascenus lib. 4. c. 4. ubi loquens de adoratione imaginum, ait: *Esi autem nobis tradidisti uocem traditum, quemadmodum oportet ad orientem adorare crucem, & altera plurima his similia.*

Ecce petra scandali & lapis offendit, sed ijs, qui timet, ubi non est timendum. Non videtur, inquit Pontius supra part. 1. c. 3. n. 11. reprehensione carere Scotus, quem sequuntur Nonnulli Scotiti, qui immo in 4. dist. 7. q. 1. docere videtur institutionem hujus Sacramenti esse à Christo à solo factam, non constare ex sacra Scriptura, sed haberi ex doctrina à Patribus & Apostolis accepta.

Sed age Basili, produc textum sacra paginæ, in qua Christus instituit unctionem Chrismatis pro materia hujus Sacramenti, pro forma autem hæc verba, aut equi pollentia: *Signo te signo crucis &c. & credimus tibi. Nonne tu ipse cum alijs doceas parte 2. c. 6. Apostolos Act. 8. & 19. confirmasse sine unctione Chrismatis per nudam manuum impositionem?*

Præterea inquiero: legit aliquid in Scriptura Apostolos confirmasse sine visiblem descentu Spiritus sancti? Ex quo ergo loco ostendis Apostolos confirmasse cum Chrismate & unctione?

Si dixeris, ex Apostolo 2. Cor. 1.v.21. *Ci
Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, &
qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & de-
dit pignus Spiritus in cordibus nostris, Profe-
cte ipso teste part. 1. c. 3. n. 7. multi con-
firmandi verbum intelligunt de Confirmatione per gratiam, & fidem, five ea detur
in Sacramento, five extra. Ita Chrysostomus,
Theodoreetus, Theophylactus, Hieronimus, Thom. &
plures alii.*

Illud etiam verbum, *Vñxit nos multi in-
telligunt de unctione per gratiam ut & ly-
Signavit nos, nonnulli ex citatis explicit
de signatione per gratiam, quæ discernuntur
probri ab improbis. Alij de obsignatione per
Spiritum sancti dona, & gratias gra-
tis datas. Aliqui de obsignatione per cha-
racterem. Alij de obsignatione per auxi-
lium efficax. Cæteri de obsignatione per
signum Crucis. Quare non inde probatur
efficaciter Sacramentum Confirmationis.*

Si adduxeris testimonium ex Apostolo 1. ad Ephes. vi. 13. *In quo, scilicet Christo, credentes signati ejis Spiritu promissioni facti,* quæq;

Ei. 4.
qui est pignus hereditatis nostra. Et cap. 4.
vers. 30. Nolite contristare Spiritum sanctum
Dei: in quo signati es in die redemptio-

ni. Te quidem iudice, quamvis probabilis
expositio sit ea, que hac testimonia de
Sacramento Confirmationis interpretatur:

attamen non est convincens. Nam com-
munior explicatio est apud Santos Pa-
tres, quae de signaculo per gratiam, & char-
itatem explicant, quo seceruntur boni à
malis.

20.
Talis non
est locus
Joannis
Apostoli te-
ste ipso
Pontio,

Sed inquires; apud Joan. Epist. 1. c. 2.
v. 27. legimus: Et vos unionem quam ac-
cepistis ab eo, maneat in vobis. Et v. 20. Sed
vos unionem habetis à Sancto, & nos omnia.
Quem locum plurimi interpretantur de un-
ione chrismati in Sacramento Confir-
mationis.

Respondeo cum Pontio supra num. 9.
probabilis quidem interpretatio, sed non
concludens. Nam Hier. in c. 3. Habacuc, &
Cyrillus Alexandrinus in oratione ad Pres-
byteros, & Diaconos, nomine *Vnde nōn*
Baptismum intelligent, in quo ungimur
etiam in vertice capitis. Et Emanuel Sa
intelligit Christianissimum. Lorinus gra-
tiam justificantem cum dono intellectus.
Alij fidem Christianam.

21.
Dices rursum; Apostolus ad Heb. 6. v.
2. inter doctrinam Christianam rudimenta
post Baptismum proxime enumerat, Impos-
itionem manuum, dicens: *Baptismatum do-*
cērī, impositionis quoque maximum, ac reju-
rectionis mortuorum, & iudicii aeterni. Et quidem
testimonium hoc, inquit Pontius supra n. 10. majori cum probabilitatis specie
(ergo non evidenter) adducitur ad probandum
Sacramento Confirmationis. Nam de illo intelligunt plerique Patres tam
Græci, quam Latini, & recentiores Inter-
pretes, excepto Salmerone, qui disp. 14. in
Epist. ad Heb. Ad 2. intelligit de imposi-
tione manuum super Catechumenos, &
Energumenos ad expellendos demones,
quem sequitur Justinianus. Ambrosius
quoque Catherinus de impositione ma-
num in Ordinis Sacramento explicat.

Esto tamen loquatur Apostolus de Sa-
cramento Confirmationis, quid inde?
Num Doctor Subtilis supra negat Sacra-
mentum Confirmationis exprimi in Scri-
ptura? Imo affirmat dicens: *Toto tempore*
Apostolorum forè maius donum linguarum in
Sacramento Confirmationis.

Et paulò superius: *Cum Apostolis etiam*
*in primitiva Ecclesiæ potuit dispensare, & maxi-
me, quia in Confirmatione collata (utique*

Actor. 8. & 19. quam Scotus non potuit
ignorasse) erant aliqua signa sensibilita, puta

communiter descentis Spiritus sancti super con-
firmatos, & donum linguarum.

Manuum itaque impositionem reperio
in Scriptura, & dubio procul Scotus le-
git. Sed ubi Chrismati unctionis? ubi for-
ma: *Signo testimoniū crucis &c.?* Querat Pon-
tius diligenter, & cum invenerit, digito
monstret locum, ut eundem penitus in-
trospicientes, aliquā veri specie dicere cum
ipso possimus: Non videtur reprehensione
carete Scotus.

Qui profecto nihil aliud intendit, quam
Sacramentum Confirmationis, ut hodie
in Ecclesia ministratur per unctionem
Chrismati, & certam verborum formam,
in Scriptura non legi: ut patet ex contextu
istius n. 3. in quo libi objicit contra mate-
riam & formam simul (illam indubitate, quam
expresserat in sua definitione, & num. 2.
explicaverat, unctionem puta factam in
fronte in figura crucis cum Chrismate san-
ctificato, & verba ordinaria *Signo, vel con-*
signo te &c.) objicit, inquam, *Quia Christi*
nō sic instituit. Respondeat autem Deum
sic quidem instituisse, liceat tempus & modus
huius institutionis in Scriptura non legatur. Hæc
pro defensione nostri Doctoris.

Nunc ostendo primam partem conclu-
sionis (supponendo cum communis senten-
tia, omnia Sacra menta, adeoque Confirmationem
immediate à Christo fuisse in-
stitutam) ex Fabiano Papaæ Epist. 2. c. 1. ibi:
In illa die Dominus Iesus, postquam canavie
cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut
à sanctis Apostolis prædecessore nostris accep-
rant, nobis reliquerunt, Chrisma confidere
docuit: puta ad usum in Sacramento Con-
firmationis.

Ergo credibile est tunc etiam prescri-
psi formam: maximè cùm secundum
communem phrasim in libris Ecclesiasticis
Chrismati nomine, Confirmationis Sacra-
mentum intelligatur, ut sensus Pontificis
sit: Confidere docuit Sacramentum Con-
firmationis in Chrismati unctione, & certa verbo-
rum formâ. Colligo, quia subdit: *Ipsa*
lavatio pedum nostrum significat Baptismum,
quando sancti Chrismati unctione perficitur, &
confirmatur.

Dices; multiplex est usus Chrismati
in Ecclesia, in Confirmatione nempe, Or-
dinatione, consecratione Basilicarum, Altar-
iarum & vasorum, in quibus Sanguis
Christi conficitur. Potuit ergo Christus
doctrinam Chrismati ad alia tradere eâ
nocte, etiam si non instituerit hoc Sacra-
mentum.

Respondeo potuisse; sed unde constat fe-
cisse, & non potius contrarium, quando-
H h quidem

22.
Manus quidem impos-
titio legitur
in Scriptura
tas.

23.
Sed hanc
Scotus non
negavit in
Scriptura
continetis

24.
Sed mo-
dum, quo
nunc con-
firmatio
datur.

1. pars Cō-
clusionis
probatur ex
Fabiano
Papæ.

2. pars Cō-
clusionis
probatur ex
Fabiano
Papæ.

3. pars Cō-
clusionis
probatur ex
Fabiano
Papæ.

4. pars Cō-
clusionis
probatur ex
Fabiano
Papæ.

426 Disputatio 3. De Confirmatione.

Et de con-
fessione
Chrismatis
confirma-
tio intellic-
guntur,

quidem nulla sit ratio asserendi, alias christi-
mationes, præter Confirmatoriam, à
Christo immediate esse institutas? Cer-
tè nullus hæc tenus afferuit unctiōnem Or-
dinandi esse materiam essentialē. Et quis
ambigat unctiones Altarium, & similes,
esse merissimi juris Ecclesiastici? Quo ergo
fundamento dicemus hujusmodi christi-
mationes à Christo in ultima cena edocatas,
& non potius isolam unctionem Chrismatis
essentialē Sacramento Confirmationis,
quod à solo Christo poterat institui, ut do-
cimmo disp. 1. sect. 2. concl. 1.?

25.
Esto pro-
tunc non-
dum esset
institutus
Sacramenti
minister;
Matth. 26.

Nec moveat quemquam, quod tunc
neccđum esset institutus minister, ut patet
ex 2. parte Conclusionis; etenim Christus
institutus Eucharistiam, cùm dixit Matth.
26. v. 26. *Hoc est corpus meum*, & tamen
neccđum erat institutus minister, scilicet
Sacerdos; cùm postea sint Apostoli facti
Sacerdotes per sequentia verba apud Eu-
angelist. Lucam cap. 22. v. 16. *Hoc facite in
meam commemorationem*, teste Concil. Tri-
dent. sess. 22. c. 1. ibi: *Ac sub eaurumdem
rerum Symbolis*, id est, speciebus panis &
vini, Apostolis, quos tunc novi Testamēti
Sacerdotes constituebat, ut sumerent Corpus
suum & Sanguinem tradidit Christus, & ei-
dem, eorumq; in Sacerdotio successoribus, ut of-
ferrent, præcepit per hac verba: *Hoc facite in
meam commemorationem*.

Aliud simile, quod Pontius supra c. 4.
num. 14. adfert, de Baptismo instituto
in Jordane antequam Apostoli haberent
potestatem baptizandi, multū claudi-
cat; nam in primis non constat in Jordane
fuisse determinatam materiam, & formam
essentialē Baptismi, ut ostendimus disp.
præced. sect. 1. conclus. 1. & Patres, qui
citantur pro illa opinione commodè pos-
sunt intelligi. Vide ibi dicta.

Deinde dato quod fuerit ibi Baptismus
institutus; unde probatur Apostolos eo
ipso non habuisse potestatem baptizandi?
An quia illam non exercuerunt illico ba-
ptizando? Non dubito quin statim ab in-
stitutione, quilibet homo viator ratione
utens fuerit idoneus minister hujus Sacra-
menti; cùm ad valorem Baptismatis, ut
patet ex dictis disp. præced. sect. 5. con-
clus. 1. non esset necessaria specialis aliqua
potestas, per speciem Dei voluntatem mi-
nistri communicanda; qualis tamen requi-
rebatur in ministro Eucharistia, Ordina-
tionis, Pœnitentie, Extremæ Unctionis,
atque Confirmationis.

Quidquid ergo sit de Baptismo; ipsa
ratio dictat, nullam esse repugnantiam in
eo, quod Sacramentum aliquod institua-

26.
Non est
implicantia
institutio sa-

tur quoad materiam & formam, priusquam
instituatur causa ipsius ministerialis; cer-
tum quippe est causam efficientem non per-
tinere ad essentiam effectus. Porro siud
vel contrarium factum fuisse in praesenti
Sacramento, Scriptura exp̄lē non men-
dit; sed tantum reperio Christum in ulti-
ma cena xp̄iū promissis Apollolis, &
in ipis omnibus fidelibus Spiritum san-
ctum, dandum videlicet aliquā sensibili ce-
remoria, qui est effectus hujus Sacramenti.

Illud, inquam, tantum reperio; ex quo
tamen, jucunda traditione, de qua supra Fa-
bianus Pontifex, verosimiliter concludo;
ergo in nocte ultimæ Cenæ instituta seu
determinata fuit à Christo essentia Con-
firmationis, nisi aliud tempus opportunius
affigetur.

Affignas Primo, quando Christus im-
ponens manus parvulis: Matth. 19.
vers. 15. Et cum impoſſet Christus eis par-
vulis manus, abiit inde. Per quam impoſi-
tionem manuum multi intelligent Confir-
mationem.

Sed contra; hi parvuli nondū erant
baptizati; neque ulla eo loco extat causa,
quare Christus extraordinariè eos confir-
masset. Deinde Joan. 7. v. 39; dicitur:
Nondū erat Spiritus, ad robur, seu ad in-
trepide & audacter subeundam mortem
pro fide Christi, datum, quia Iesus nondū erat
glorificatus. Ut omittam non decisus ali-
quem confirmari ante Apostolos.

Et dato quod Christus ibi per manum
suarum impositionem extraordinariè con-
tulerit eundem effectum, quem modò cau-
sat Sacramentum Confirmationis: an id
circō bene sequitur; ergo Christus eo tem-
pore determinavit Confirmationem pro ma-
teria, & instituit certam verborum formâ?

Non queritur h̄c, ubi Christus aut
Deus plenitudinem Spiritus sancti dede-
rit; quid enim aliud clamat Dies Pen-
costes, in quo, ut legitur Acto 2. v. 3.
Apparuerunt, Apostolis, aliquæ discipulis,
differtate lingue tamquam ignis, sedis, super
singulos eorum: & repletæ sunt omnes Spiritu
sancto, & ceperunt loqui varijs linguis, prout
Spiritus sanctus dabat eloqui illi? Quis hoc
nesciat? At dico non propterea illo die
fuisse determinatam materiam & formam,
quâ hodie utitur Ecclesia in collatione hu-
jus Sacramenti, ut optimè intellexit Do-
ctor Subtilis loco statim cirando.

Affignas Secundò, quando Christus
post resurrectionem Apostolis Spiritum
sanctum dedit insufflando, eiusque dixit
Joan. 20. v. 22. *Accipite Spiritum sanctum, Ita*
Cinquit Suarez de hoc Sacramento disp. 32. v. 10.

sect. 2. 2) videretur significare Scotus in 4. dist. 7. qu. 1. in 1. objectione; in solutione vero indicat, fortasse non fuisse institutum ante Christi ascensionem, neque toto illo tempore, quo Apostoli non fuerunt usi materia & formâ hujus Sacramenti.

Sed hoc posterius neque ipsi Scoto placet, neque est probabile: alioquin vel dicendum esset hoc Sacramentum non fuisse immediate à Christo institutum, aut iterum ad terras descendisse ad instituendum illud, vel certè in cælo existentem illud instituisse, & Apostolis per mundum dispersis revealasse, quæ omnia improbabilia sunt. Huc usque Suarez.

29.
Quod male
attributum
Scoti.

Sed quid dicam? sicuti alibi, ita & hic deceptus est, aut certè alios decepit, qui ex ipso illam sententiam Scoto affinxere. Accipite verba Doctoris Subtilis supra numero 3. Et si obijcitur primò contra materiam & formam simul, quia Christus non sic instituit, ut patet Joannis 20. quando insufflavit, & dedit discipulis Spiritum sanctum. Et similiter Auctor. 2. quando missis spiritu sancto in linguis igneis confirmabantur.

En objectio, in qua Suario videretur significare Scotus Christum instituisse hoc Sacramentum (id est,unctionem Chrisma-tis, & certam verborum formam). Joan. 20. Certe pari ratione potuisse ipsum citare pro tertia sententia, quæ existimat hoc Sacramentum institutum in Pentecoste, quod tam non facit.

30.

Sed qualis amabo consequentia? Scotus ait: Et si obijcitur primò contra materiam & formam simul, quia Christus non sic instituit, ut patet Joan. 20. &c. Ergo Scotus videretur significare Christum instituisse materiam & formam hujus Sacramenti, quâ de facto Ecclesia uititur, Joan. 20.

Sententia
alicuius
Auctoris
non est in-
telligenda
ex objec-
tionibus, sed
ex eorum
solutioni-
bus.

31.
Solutio
Scoti.

Alicuius Auctoris sententia (inquit Pontius supra cap. 4. num. 11. ubi Scotum vindicat ab hac consequentia Suarij & aliorum) non est intelligenda ex objectionibus, quas contra conclusionem, aut veritatem proponit, sed ex eorum solutionibus.

Quam vero existimatis Doctorem adhibuisse solutionem huic objectioni? Attende. Ad primum, inquit, istorum, dicendum, quod Christus non alligavit potentiam suum Sacramentum, & ideo ipse sine intermissione post ascensionem in cælo existens potuit confirmare Apostolos sine tali materia & tali forma. Quid clarius dicere poterat?

Admitit quod in objectione perebatur, scilicet Christum non instituisse ma-

teriam & formam, neque Joan. 20. neque Auctor. 2. esto alioquin ibi Apostolos confirmasset per extraordinariam potentiam; quemadmodum sine prævia confessione absolvit paraliticum Matth. 9. v. 21. dicens. Consider filii, remittuntur tibi peccata tua.

Pergit Doctor: Cum Apostolis etiam in primis Ecclesia potuit dispensare, & maximè, quia in Confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia, puta communiter descentus Spiritus sancti super confirmatos & donum linguarum. Sed tamen certaribus talibus miraculis delinuerunt hanc materiam & hanc formam servare: supponitur enim institutione esse a Deo, licet tempus & modus huius institutionis in Scriptura non legatur.

Si instituit ex mente Scoti (ut videretur Suario) Joannis 20. quomodo verum est quod hic dicit: Licet tempus & modus huius institutionis in Scriptura non legatur? An non legerat Scotus Scripturam Joan. 20.

Spectatis solutionem Scoti? In hac (inquit Suarez supra) indicat, fortasse non fuisse institutum ante Christi ascensionem. Sed cur hoc? Quia (reponis) Apostoli non sunt usi illâ materiâ & formâ.

Quid? Nonne D. Thom. & antiqui ferè Scholastici omnes docent in primis Ecclesia Apostolos baptizatis ex dispensatione, in nomine solus Christi? Ipse Suarez fatetur disp. 21. sect. 3. Et idcirco consequens erit pro illo tempore non fuisse institutum formam baptizandi. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti? Imò contrarium verum est; ubi enim non est lex, nec dispensatio, utpote qua non sit aliud, quam revocatio seu relaxatio juris pro certo tempore, vel quoad personam particularem.

Cùm itaque Scotus supponat dispensationem pro toto tempore quo Apostoli confirmarunt per visibilem descentum Spiritus sancti, potius indicat etiam ante ilud tempus materiam & formam communem fuisse à Christo determinatam, licet illa determinatio in Scriptura non expresse legatur.

Petet, quomodo ergo intelligendum sit, quod Scotus ait 4. dist. 2. q. 1. n. 4. De Confirmatione pater institutio Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum &c. vel in die Pentecostes Act. 2.

Respondeo, pater institutio; tum quia Joan. 20. consummata fuit institutio, quando Christus constituit Apostolos Episcopos, & per consequens ministros ordinarios hujus Sacramenti, ut inferius edissero; tum quia in die Pentecostes acceperunt Apostoli

Hhh 2 per

32.
Solutionem
Scoti non
bene in-
spexit sua-
rez.

Scotus dixit
institutio-
nem esse
factam
Joan. 20.
qua tunc
instituit
ministros

per extraordinariam Dei providentiam
Spiritum Sanctum ad robur, qui est specia-
lis effectus Confirmationis.

Nota autem quod non dicat Doctor :
Pater sacramentum Confirmationis (id est, si-
gna sensibilia, quibus nunc uititur Ecclesia)
fuisse institutum Joan. 20. &c. sed, *Pater institu-
tio*. Deinde isto loco non tradit exactam
rationem institutionis singulorum Sacra-
mentorum ; ait enim : *Breviter ostendo hic
(omnia Sacraenta à Christo vel Deo esse
instituta) quia de singulis in locis eorum propriis
plenis apparebit.*

Hactenus pro vindicatione Doctoris
Subtilis, quem Dicastillo disp. unicā de hoc
Sacramento dub. 2. n. 18. excusat dicens :
Quamvis etiam non omnino firmus in hac
re sit. Sed profectò nec firmus, nec infir-
mus, ut sic loquar ; oppositam quippe rem
ad oculum demonstravimus.

Procedam ergo ad secundam partem
conclusionis, que sati colligitur ex eo,
quod minister hujus Sacramenti sit Episco-
pus, ut inferius explicabitur : porro Ordo
Episcopalis fuit institutus Joan. 20. quando
Christus dixit Apostolis suis : *Sicut misi
me Pater, & ego mittó vos Accipite Spiritum
sanctum : quorum remiseritis peccata, remis-
tuntur eis : & quorum retineritis, retenta sunt.*
Ut communiter illa verba intelligunt DD.
Theologi, & sacra Scriptura Interpretes.

Quamquam enim Apostoli ante resurrec-
tionem in ultima cena essent facti Sacer-
dotes quoad conferendum Corpus Christi
verum, tamen nullam adhuc acceperant
potestatem super corpus Christi mysti-
cum ; sed illam (promissam ante resurrec-
tionem Matth. 18. v. 18. his verbis : *Amen
dico vobis quacunque alligaveritis super terram,
erunt ligata & in calo : & quicumque solveri-
tis super terram, erunt soluta & in celo) de-
dit eis Christus, postquam à mortuis re-
surrexit Joan. 20. verbis supra citatis, prout
ea semper Catholica Ecclesia intellexit : per
prima quidem clavem jurisdictionis, per
postrema autem : *Accipite &c.* potestatem
Ordinis, utique omnimodè perfectam &
compleram, quam sciebat & disponebat
Christus necessariam ad conferendum Sa-
cramentum Confirmationis ac Ordina-
tionis.*

Vel ergo hic, vel non appareat ubi Christus
constituerit Apostolos suos regere Ec-
clesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.
Non est autem credibile Christum ascen-
dere in celum ante ordinationem Eccle-
siastica Hierarchia, ad quam primò perti-
nent Episcopi, quorum proprium munus
est confirmare, & ordinare.

Itaque tunc demum fuit perfectè & con-
summatus institutum Sacramentum Confir-
mationis, utpote in eo statu, in quo admis-
trari, & recipi poterat.

Contra ; simplex Sacerdos ex commi-
sione potest confirmare : atqui Apostoli in
ultima cena erant Sacerdotes ; ergo etiam
ministri Confirmationis. Respondeo ne-
gando consequentiam ; quippe pro tun-
deum era institutus minister ordinarius
seu potens delegare.

Addo idcirco nunc simplici Sacerdoti
posse committi hoc ministerium, non quia
habet potestatem super corpus Christi ve-
rum ; sed quoniam ex vi ordinationis fuz
capax est potestatis super corpus Christi
mysticum, quæ ordinatio seu capacitas
proxima solum post resurrectionem Joan.
20. communicate fuit Apostolus.

Et sane quis credit institutum suisse po-
testatem secundariam ac delegatam ante
collationem potestatis ordinariae ? Plane
potestas delegata penderet ab ordinaria ;
non est converto.

Sed Arguis iterum ; Concil. Trident.
ex illis verbis Joan. 20. *Accipite spiritum
sanctum &c.* scil. 14. c. 1. colligit tunc pra-
cipue Christum instituisse Sacramentum
Poenitentiae, ibi : *Dominus autem Sacra-
mentum Poenitentiae tunc principiū instituit cum à
mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suis,*
dicens : *Accipite spiritum sanctum &c.* Ergo
similiter tunc principiū instituit Sacra-
mentum Confirmationis ; ergo non solum
ministrum, qui est pars minùs principialis,
imò quid extrinsecus essentia Sacra-
menti, sed etiam materiam & formam, quod
repugnat prime parti conclusionis.

Respondeo negando primam conse-
quentiam, quanvis aliqui sic loquuntur
apud Pontium supra cap. 4. num. 13. moti
auctoritate Concil. Trident. mox citati,
& hāc ratione ; quia si aliquid sit per-
fectè Sacramentum non sufficit institutum
esse signum gratiae conferenda, sed de-
bet esse data hominibus potestas per il-
lud gratiam conferendi ; alàs non est
signum efficax gratiae, quia numquam con-
ferret. At questio est de nomine & mo-
do loquendi, qui admitti potest, si intel-
ligamus perfectionem aliquam extre-
sam, & consummationem ipsius potius
institutionis, quām Sacraenta instituti,
de qua institutione supra locuti sumus,
quando diximus, demum Joan. 20. hoc
Sacramentum suisse perfectè & consum-
matè institutum, id est, Joan. 20. in-
stitutionem hujus Sacramenti suisse con-
sumptam.

Quod

34.
Creando
Apostolos
Episcopos.

Joan. 20.

Quos in ul-
tima cena
confer-
verat Sacer-
dotes :

Matth. 18.

Sect. I. De Essentia Confirmat. Concl. 3. 429

37.
Quia eius
materia &
forma
non est in-
stituta Jo-
an. 20.

Quod ad rem attinet, nullus istorum Auctorum, qui sic loquuntur, docent tunc materiam & formam fuisse determinatam, cum nullum earum vestigium ibi appareat; uti nec etiam in Pentecoste; præsertim cum tunc Christus celos ascensisset, non videatur autem ascensisse, nisi consummato Ecclesiæ ædificio, cuius præcipue columnæ sunt Sacraenta. Omnes etiam admittunt personam ministri non esse partem essentiæ Sacraenti, adeoque totam essentiæ hujus Sacraenti fuisse determinatam ante illa verba Christi.

Sicuti ma-
teria &
forma Sacra-
menti Po-
tentia.

Insuper communis sententia est, illis verbi Joan. 20. Christum non tantum determinasse ministerium Sacraenti Pœnitentia, sed etiam instituisse materiam, & formam, & necessitatem, quæ antea determinata non fuerant. Colligitur ex potestate ad absolvendum, & retinendum peccata. Quid enim aliud est Sacramentum Pœnitentia, quam absolutio peccatorum legitimè confessorum? quæ certè sine potestate intelligi nequit.

38.

Porrò longè diversa est ratio Sacraenti Confirmationis, quod essentialiter constituitur exunctione Chrismatis, & certa verborum forma, quæ quidem, ut in re sint Sacramentum, & actu conferant gratiam, postulant idoneum ministrum, proinde in ministro potestatem confirmandi verumtamen in ipsa illa potestate non determinatè includuntur, quemadmodum in potestate absolvendi à peccatis legitimè confessi, determinatè intelligitur materia & forma Sacraenti Pœnitentia.

Cumque potestas absolvendi non legatur in Scriptura concessa Apostolis ante Resurrectionem, sed promissa dumtaxat, optimè Concil. Trident. ex verbis Christi Joan. 20. colligit tunc præcipue hoc Sacramentum fuisse institutum. Nihil autem cogit ad idem asserendum de Sacramento Confirmationis, cuius materia essen-
tialis, & per consequens etiam forma pro-
babilius existimantur non solum promissa, sed etiam determinata & instituta in ultima cena, ut in prima parte conclusionis ostendimus.

Sicut ergo rectè dicitur, Sacerdotium essentialiter & completere intrinsecè, imò præcipue institutum fuisse in ultima cena, licet Joan. 20. primò Apostolis fuerit data potestas ordinandi & absolvendi, tamquam extrinsecum aliquid complementum, & perfectione accidentalis Ordinis Sacerdotiorum; ita quoque melius dicitur Confirmationis essentialiter & completere intrinsecè, imò præcipue fuisse instituta in nocte ultimæ

cenæ, quamvis potestas ministerialis determinatè fuerit concessa Apostolis Joan. 20.

Ex his patet responsum ad Tridentinum, Ad rationem dico non esse de necessitate Sacraenti, sive non pertinere ad ejus essentiam seu intrinsecam perfectionem, ut aliquando conferat gratiam; sed satis est, si datum sit causare gratiam, dum ministratur subiecto dispositio: unde non definitur, Signum efficiens, sed, efficax gratie. Patet in Sacramento Eucharistia, quod disp. I. sect. 1. conclus. 2. admisimus verum esse Sacramentum, etiam dum actu nullam conferat gratiam, nec umquam confereret defectu debitis applicationis.

Si explicatè institutione Confirmationis, transcamus ad investigandam ejus materiam & formam. Cum autem, ut loquitur Scorus supra, posset distingui de materia, sicut distinctum est de materia in Baptismo disp. præced. sect. 1. conclus. 2. hinc pro materia remota proponitur

39.
Ad cetera
Sacra-
menti fari-
ca est, quod
potest cau-
sare gratia.

— Propositum
concernit
aliam sui
sacramenta
etiam.

— Propositum
concernit
aliam sui
sacramenta
etiam.

CONCLUSIO III.

Materia remota est Chrisma compositum ex oleo olivæ & balsamo, & sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi.

Sunt verba Doctoris Subtilis q. dist. 7.
q. 1. n. 2. definita pro posteriori parte à Concilio Florentino, in decreto unionis ibi: Secundum Sacramentum est Confirmationis, cuius materia est Chrisma.

40.

Et ne relinqueretur ambigua significatio istius nominis, illicio attextit: Confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientia, & balsamo, qui odorem significat bona fama, per Episcopum benedictio.

Hæc eos-
clatio pro-
potiori par-
te est à Flo-
rentino de-
finita.

Concil. autem Trident. supponens explicationem vocis, scilicet 7. de hoc Sacramento can. 2. ait: Si quis dixerit iniuriosos esse Spiritui sancto, eos qui sacro Confirmationis Chrismati rationem aliquam tribuant; anathema sit.

Trident.

Sed quoniam hæc conclusio plures habet partes easque satis difficiles, oportet singulas singillatim exponere. Ac primò quidem occurrit compositione Chrismatis ex oleo (quod interpretamur, olivæ, quia verba Conciliorum propriè intelligenda sunt, nisi aliquid obsteret) & balsamo sive orientali, sive occidentali; quamvis forte

41.

Chrismas
dicit com-
positum ea
oleo olive
& balsamo.

Hab 3

Specie

Igitur Sa-
cramentum
Pœnitentia
secundum
sua intrin-
seca institu-
tum Joan.
20.

Confirmata
in ultimæ
ma cena.